F-34 (4)

Dispensa para casarse Diego de
Billamaria y blancas natural del lugar
de Sesto con Margarita Perez para
entre el 3 grado

Dispensa para la
[illegible] Pallerans

Innocentius Epus servus servorum dei Dilecto filio Officiali venlis fratris nri Epi Barbastren. Salutem et aplicam ben. Alias nobis
pro parte dilecti filii Didaci Villamana de Blancas laici Oscen. dioc. ex loco de Broto orti et dilecte in Xpo filie Margarithe Perez mulieris Barbastren. dioc. ex
loco de Puyarruego orte exposito dictam Margaritham in dictis locis et de uno ad alium se transferendo propter illorum angustiam virum paris conditionis cui nu-
bere posset invenire nequire et si extra dicta loca nubere cogeretur dotem quam ipsa habet non esse competentem neque sufficientem ut eundem virum cui iuxta status
sui conditionem nubere posset invenire valeret Cuperent Didacum et Margaritham predictos invicem matrimonialiter copulari Sed quia Secundo et Tertio a communi stipi-
te provenientibus Consang. gradibus invicem erant prout sunt coniuncti desiderium eorum in hac parte adimplere non posse absque sedis aplice dispensatione Quare pro
parte eorundem Didaci et Margarithe nobis humiliter supplicato ut eis desuper in premissis opportune providere de benignitate aplica dignaremur Nos huiusmodi supplicati-
onibus tunc inclinati tibi per alias nras litteras dedimus in mandatis ut si partes veritate niti reperires cum eisdem Didaco et Margaritha quod impedimento
Tertii Consang. gradus huiusmodi non obstante matrimonium inter se publice servata forma Concilii Tridentini contrahere illudque in facie ecclesie solemnizare et in
eo postmodum remanere libere et licite valerent aplica auctate dispensares Distantiam vero Secundi gradus predicti eis non obstare declarares Prolem suscipi-
endam exinde legitimam nunciando prout in dictis litteris plenius continetur Cum autem sicut exhibita nobis nuper pro parte dictorum Didaci et Margarithe peti-
tio continebat litterarum predictarum quia ipsi Didacus et Margaritha dictam clausulam quod si dicta Margaritha extra dicta loca nubere cogeretur dotem quam ipsa habet non
esset competentem neque sufficientem ut eundem virum cui iuxta status sui conditionem nubere posset invenire valeret verificare posse non sperant ipsis minime
suffragari possint Quare iidem Didacus et Margaritha qui ex honestis familiis orti sunt nobis humiliter supplicari fecerunt quatenus eos ne propterea dictarum
frustrentur effectu amplioris gratie favore prosequi de simili benignitate aplica dignaremur Nos igitur eosdem Didacum et Margaritham ac eorum quemlibet
a quibusvis excommunicationis suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis censuris et penis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet in-
nodati existunt ad effectum presentium tantum consequendum harum serie absolventes et absolutos fore censentes huiusmodi supplicationibus etiam inclinati discretioni tue
per aplica scripta mandamus ut etiamsi litteris predictis tibi tam presentatis ad earum executionem propterea procedere distuleris seu recusaveris nihilominus negotium huiusmodi
reassumendo litterasque predictas valere decernendo ad dictarum litterarum executionem servata alias earum forma procedas in omnibus et per omnia perinde ac si in illis de dicta clausula nul-
la mentio facta sed ipsos Didacum et Margaritham ex honestis familiis ortos expressum fuisset Non obstantibus premissis ac omnibus illis que in dictis litteris
voluimus non obstare ceterisque contrariis quibuscumque Datt Rome apud Sanctam Mariam maiorem Anno Incarnationis dominice Millesimo sexcentesimo quadragesimo quinto
Id. Septembris Pontus nri Anno Primo

Jo. Jacobellus
Serra

3

P. 5.20

2

C. Bailly